rectum a IIIIviris, quorum qui sunt aediliciae potestatis nominantur n. 6. Ἄρχοντες autem et πρυτάνεις titulorum Graecorum (C. I. Gr. 5762. 5753. 5771) num sint iidem, nobis non est exsequendum; crediderim tamen esse, cum tituli C. I. Gr. n. 5764 aetatis imperatoriae πρύτανις ἐκ τοῦ ἰδίου καὶ ἄρχων πενταετηρικός habens συνπρυτάνεις tres omnino videatur esse IIIIvir quinquennalis. Praeterea inveniuntur *seviri Augustales* n. 1 et *dendrophori* n. 7. — Strabonis aetate satis frequens oppidum (Strab. l. c.: καὶ νῦν ἱκανῶς εὐανδρεῖ) labente aevo metropolis facta est Bruttiorum (Olympiodorus fr. 15 Müll.), correctoremque Lucaniae Bruttiorumque ut Salerni ita Regii potissimum moratum esse ostendunt constitutiones aliquot ab eiusmodi correctoribus acceptae Regii (a. 313: C. Th. 11, 29, 1 — a. 319: C. Th. 7, 22, 1) et titulus ibidem uni eorum dedicatus (n. 4). — Tribus Reginorum adhuc ignota est.

Territoria Reginorum et Locrensium divisa fuisse fluvio Halece, hodie Alice, cuius ostia sunt prope Melito vicum, Strabo scribit (6, 1, 9 p. 260; cf. Plinius h. n. 11, 26, 95). Etiam Cicero (Phil. 1, 3, 7) Leucopetram, id quod nunc dicitur *Capo Pellaro,* promunturium appellat agri Regini. Titulum ibi inventum n. 7 Reginis inseruimus.

Auctores Reginis proprii sunt Iosephus MORISANVS (inscriptiones Reginae dissertationibus inlustratae. Neapoli 1770. 4. pp. 396) vir doctus, sed pro re in Graecis potius versatus quam in Latinis, et Iosephus de LOGOTETA *(il tempio di Iside e Serapide di Reggio illustrato.* Neapoli 1794. 8. pp. 104). Domenicus SPANÒ BOLANI (*storia di Reggio di Calabria.* Voll. 1. 2. Neapoli 1857. 8) inscriptiones ex Morisani et Logotetae libris repetivit nec quicquam addidit de suo. Utiliora fuerunt quae his annis inseruerunt ephemeridi Reginae *la Zagara* (vidi vol. 1 a. 1869—70 et vol. 2 1871—73 ad p. 442) cives studiosi, maxime Ioh. Bapt. MOSCATO vir doctus et accuratus. — Tituli autem Regini cum in bibliothecam reparati essent, nescio quomodo nuper in ea ipsa iniquo fato maiore ex parte pessumdati sunt.

1 [= 1] epistylium. Regii rep. a 1789 in demolienda turri Iulia. Est ibi in bibliotheca publica.

ISI · ET · SERAPI · SACRVM
Q · FABIVS · TITIANI · LIB · INGENVVS · SEVIR
AVGVSTALIS · FAB · CANDIDA · SACRORVM · S · P

Recognovi. Marini Vat. 9127 f. 325 delineatam accepit m. Nov. a. 1790 a Fr. Daniele. Iosephus de Logoteta librum singularem de hoc titulo edidit *il tempio di Iside e Serapide di Reggio illustrato.* Neapoli 1794. 8. pp. 104. Henzen 6027.

2 [= 2] Regii ara marmorea ad sedile nobilium prope catholicam ecclesiam MORIS. Hodie desideratur.

VICT
*au*G SACR

Morisani p. 483.

3 saxum ingens rep. Regii in thermis, iacet ibi in via *le Terme.*

in antica:

TEMPLVM D
FIERI IVSSIT

a latere:

DD NN FL IVL — *constantio et fl. iul. constanti?*
C V R A N T E
V A L E N T I
N I A N O

Descripsi. In latere perscripta per se integra sunt, sed v. 1 per alia saxa iuxta posita videtur continuatus fuisse.

4 [= 3] Regii rep. a. 1577 *sotto li mura della città de fora alla marina sotto li mura della Iudeca* TEGANI. Prope D. Mariam Catholicam GVALT. Iam in bibliotheca publica.

/ / / / / / / / / /
. . . .
CORRECTORI LVCANIAE
ET BRITTIORVM
patera — INTEGRITATIS CONSTAN — corona
TIAE MODERATIONIS
ANTISTITI ORDO
POPVLVSQVE REGINORVM

Recognovi. Antonius Tegani († c. a. 1596) in chronicis ms. (inde *la Zagara* 2 a. 1872 p. 346). Gualterus n. 287 = n. 363 (ex eo Fabretti 102, 237). Holstenius ad Cluv. p. 302 vidit. Cod. Dupuy bibl. Paris. n. 461 f. 146. Mur. 1076, 3 a Tafurio. Morisani n. 8 Theganium citans.

1 erasus est; legisse se ibi litteris exesis ANTONIVS Teganius ait, Gualterus II (nam ab ed. I id abest) . . . . V . . . . . .

5 [= 4] Regii nuper rep.; extat in atrio palatii archiepiscopalis MORIS. Hodie fracta in bibliotheca.

- REG*INIS*
IVL*IENSIBVS*

Recognovi quod superest. Integram ed. Morisani p. 305. Henzen 5188.

6 [= 5] litteris non bonis. Regii rep. extra moenia ad duo diruta aedificia hemicyclica post maioris arcis vallum; affixa nunc ubi quotidie affiguntur edicta municipalia non sine quotidiano lapidis detrimento MORIS. Hodie desideratur. — Romae GRVT. 174, 2.

TI · BERVENVS · TI · F · SABINVS IIIIVIR ÆD
POT · II · TESTAMENTO LEGAVT · MVNCIP
BVS REGINIS IVL · INPRYTANAEO STATVAM
AEREAM MERCVRI · TRVLLAM ARGENTEAM
ANAGLYPTAM · P IIS ∴ · LARES ARGENTEOS
SEPTEM P · IIS : PELBEM AEREAM CORNTE
AM ITEM IN TEMPLO APOLLINIS MAIORS
PVGILLARES MEMBRANACEOS OPERCV
LIS EBOREIS PVXIDEM EBOREAM TABV
LAS PICTAS XVIIII
H E R E D E S E I V S
P O N E N D A C V R A
V E R V N T

Habent Bononius Ott. f. 52′, Trai. f. 137; Lilius f. 176′; Augustinus Tyffernus apud Peutingerum cod. August. 527 f. 85; Iucundiana Metelli Vat. 6039 f. 332′; codex Waelscapple f. 98, hi omnes eodem exemplo, a Iucundo opinor, etsi in sylloge eius non legitur. Aliunde Ligorius cod. Neap. p. 273 (inde Panvinius cod. Vat. 6036 f. 31 ipsa pagina libri Ligoriani adscripta; partem edidit Rom. p. 743, quam repetunt Manutius orthogr. 682, 1 et Grut. 174, 2; varia lectio ex Ligorio adscripta est ad Grut. 174, 7 ed. 2); Parisius rariora magnae Graeciae numism. (1592) p. 29 ed. 2 (inde et ex cod. Verderi Grut. 174, 7); Gualterus n. 285 = 358 (inde Mur. 475, 1); Morisani p. 266 qui aere expressit. Vidit etiam Holstenius (ad Cluver. p. 302). Orelli 3838.

1 TIBER VENVSTI F Chaupy qui lapidem inspexit apud Morisanium p. 482, TEBERVENVS·TI·F· Gualt., TI·EFRVENVS T· (TI Panv.) F Lig., T·TAREFENVST·F Paris., TI·TARFENIVS·TI·F Grut., T·HERVENVS·TI·F Antiquus (scilicet Bon. Aug. Met. Waelsc., T·HERVENVS·T·FILIVS Lilius), T·HERVENVS·T·F Moris. — IIIVIR Verderus, IIIIVIR Waelsc. ex emendatione opinor, IIIVIR Ligor. Gualt. et a manu secunda Metellus, TRIVIR Antiquus (scilicet Bon. Lil. Aug. Met.) Moris., TRIVMVIR Paris. — ÆD] AD Waelsc. Paris., AEDIL Lil. — 2 LEGAVI Gualt. I. — 2. 3 MVNICIPIB Grut., MVNCIPBVS Moris. — 3 REGINIS omnes, etiam Panvin. (ms.) et Holsten., RHEGINIS Panvin. (ed.). — IVLI Grut. — IN PRYTANAEO Gualt. I, Moris., IN PRYTANEO Antiquus Grut. Gualt. II, IMPRITANIAEO Ligor., IN·PRITANIACO Paris. — 4 AVREAM Bon. Lil. Paris. — MERCVRII Paris. — 5 ANACLYPTAM Bon. Aug. Met. Gualt. II., ANAGLIPTAM Ligor. — P om. Paris. — S ∴ Gualt., S =— Bon. Aug. Ligor., S = Paris. Verderus, S //// Met. Waelsc., S Lil. Grut. Moris. — 6 PIIS = Moris., P·II·S =— Verd., P·H·S·E Gualt., P·II·S< (< Bon. Met., L· Lil., C Aug., E Waelsc.) Antiquus, P·II·S·S Ligor., P·II ~· IL· Grut., PIIS Paris. Fortasse extrema nota fuit semunciae similisve. — PELBEM Antiquus (Bon. Lil. Aug. Met.) Gualt. Grut., PLEBEM Ligor., PELVM Moris. Paris., PELVEM Waelsc. — AERAM Waelsc. — CORTHE|AM Gualt. I, CORINTHIAM Paris.; AM ad v. 6 rettulit Moris. — 7 APPOLLINIS Waelsc. — 8 MEMBRANACIOS Bon. Grut. Gualt. II, MEMBRANATIOS Lil., Gualt. I, MEMBRANICIOS Lig., MEMBRANARIOS Met. Waelsc. — 9 EBORIS Aug. Met. Waelsc. — PYXIDEM Gualt. I Waelsc. Lig. Paris., PIXIDEM Grut. — *e*BOREAM Gualt. — 10 XVIII Gualt. I Lil., XIIII Paris. — 11 HAEREDES Paris.

ADDITAMENTORVM AVCTARIVM.

I. REGIVM IVLIVM (p. 3).

Antonius Maria de Lorenzo hodie praefectus museo Regino cum volumen hoc fere absolutum esset, ad me misit commentariolos de titulis Graecis Latinisque repertis Regii insertos ephemeridi Reginae *la Zagara* a. 1882. Inde quae nostram supellectilem augent ut potui auctario inserui.

ad n. 2. Regii in museo repperit A. de Lorenzo ediditque in eph. *la Zagara* 19 Aug. 1832. Ara est quadrata, in utroque latere frondibus ornata. — 1 CTOR Lor.

ad n. 3. Adiuncto altero fragmento Barnabeius (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 404) nuper excepit sic:

(ENI · PROCVLI · TEMPLVMD
FIERI IVSSIT

ad n. 14. Morisanius p. 429 ait repertum esse in fundo *della Boccetta* ad torrentem Annuntiatae titulum, in quo non legeretur nisi unum vocabulum plenum PATER. Eundem edidit ex schedis canonici Barillae amici Morisanii A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 23 Sept. 1882 sic: ...IANS | ...OR NE... | PATER | ...RE...

8339a Regii rep. *nel muraglione di cinto presso la Candelora.*

lucaniae ET · BRIT*tiorum*
....PPVTATIONE AS...
...... INVNO

Ex schedis professoris Moscato A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 20 Oct. 1882.

8339b rep. Pellari, deinde apud Vitriolium.

N E R I .... ..
V I X I T A N N I S
L X X X MIIII F E
C I T A S Y L L...
*pa*TRI · DVLCISSIM*o*

A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 23 Sept. 1882 '*pubblicato 1877 dal comm. Vitrioli*'.

8339c Regii rep. in necropoli vetusta *sotto il sobborgo S. Catterina* a. 1882, est in museo.

CRHESIMION·
VIX · ANN · III
MENS · III · DIES
III · PARENTES ·
FILIO · PIISSIMO ·

Barnabeius descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 404. Ed. item A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 23 Sept. 1882.

II. LOCRI (p. 5).

ad n. 30. Scr. Monesterace pro Montesterace.

8339d Gerace rep., est Regii in museo.

D · M
P V B L I C I V S
T A L L V S V I
XIT AN XXXV
C O L E G I V S
C A N O F · F E

Barnabeius descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 402. Ed. item A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 19 Aug. 1882.

III. VIBO (p. 7. 959).

ad n. 44. Barnabeius (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 395) in domo Gordopatri titulum excepit sic:

C · LABERIVS · IIII · V*ir*
*li*CINIO · L · F · CRASSO · PAL
LLIONE · Q · ANICIO · L · F
ECIDIO · C · F · RVFO · C · M
C · EGNATIO · C · F · RVFO · C

ad n. 45. Barnabeius legit 1 Q·AEBVLIO.

ad n. 49. Barnabeius (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 395) vidit in lyceo Filangieri. 1 post Q·F spatium vacat. — 3 IIII·VIR Barn. — CON·HS Barn.

ad n. 67. Pro Stefanocoli in mappis est Stefanaconi. Edidit Muratorius 1441 10 (inde errore dedi inter falsas et male locatas n. 6*).

ad n. 88. Tituli lectu difficilis dabo variam lectionem Barnabei nostri, quamquam ipse adnotat sibi non satis de ea constare. — 1 L·VARIVS·/AERARIVS — 2 SVALLIA////ISIA — 5 HIPPOLYTVS, recte puto. — 6 sic fere etiam Barnabeius. — 7 VRB//VS — 8. 9 FECER SIBI | ET SVIS·H·M///. Pendet ex hoc exemplo qui comes itineris Barnabeio fuit Franciscus Lenormant (*Bull. épigr. de la Gaule* 3 p. 13), sed edens quaedam corrupit.

8339e Monteleone in domo Cordopatri.

M E N S
PATER ET
FILIO · DV

Lenormant apud Florianum Vallentin *Bull. épigr. de la Gaule* 3 (1883) p. 13.

VII. PETELIA (p. 15. 960).

8340 tabella marmorea rep. Strongoli *in contrada Pianette.*

D · M · S
HAVE · COPIA · SVCCES

N. Volante apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 197.